

Adorazione da farsi  
Nella Chiesa Parrocchiale

	anni D.	anni P.
Patrocinio S.G.	Assunta	S. Sebastia
S. Bruno	S. Sebastia	S. Michele
M. Rosario	S. Michele	Assunta
S. Perpetuo	Assunta	S. Sebastia

Nelle Confraternie

	anni D.	anni P.
S. Sebastiano $\frac{20}{4}$	Assunta	S. Michele
S. Croce $\frac{3}{5}$	S. Michele	Assunta
Assunta $\frac{15}{8}$	S. Sebastia	S. Michele
E. S. Croce $\frac{14}{9}$	Assunta	S. Michele
S. Michele $\frac{29}{9}$	S. Sebastia	Assunta

**MANUALE**  
**DI**  
**PREGHIERE**

**PER USO**

DEI CONFRATELLI DELLA V. COMPAGNIA

**DI S. MICHELE ARCANGELO**

**IN SOLERO**



MD CCC L XXV

DELLA  
DAL M. A. FRANCESCO BELLONI  
L. MIN. OSSER.



ARCANGELO S. MICHELE





— 1 —  
**ADORAZIONE**

**AL SANTISSIMO SACRAMENTO**

 **ADORAMVS** te Christe, et  
benedicimus tibi.

**Q**uia per sanctam Cru-  
cem tuam redemisti mu-  
dum. **R**edime nos Do-  
mine, et miserere nostri,  
in manus tuas Domine  
commendamus spiritus  
nostros. **R.** Adoramus etc.

**P**riore **P**assio Domini nostri  
Jesu Christi, sit sem-  
per in cordibus nostris

**R.** Amen.

**O**remus

**D**omine Jesu Christe Fi-  
li Dei vivi, pone passionem  
cruces, et mortem tu-  
am inter judicium tu-  
um et animas nostras,  
nunc et in hora mortis

nostræ, et nobis largiri di-  
gneris gratiam et mise-  
ricordiam; vivis et defun-  
ctis requiem, et veniam,  
Ecclesiæ tuæ pacem et  
concordiam, et nobis pec-  
catoribus vitam et glori-  
am sempiternam. Qui  
vivis et regnas cum  
Deo Patre in unitate  
Spiritus Sancti Deus

per omnia sæcula sæculo-  
rum. **R. Amen.**

**C**apitolo

**F**ratres, Ego enim acce-  
pi a Domino, quod et  
tradidi vobis, quoniam  
Dominus Jesus in qua  
nocte tradebatur, acce-  
pit panem, et gratias a-  
gens, fregit et dixit: ac-  
cipite et manducate;

hoc est Corpus meum  
 quod pro vobis trade-  
 tur, hoc facite in meam  
 commemorationem.

**R.** Deo gratias.

**Inno** **P**ange lingua

**Ant.** **O** Sacrum Convivi-  
 um, in quo Christus  
 sumitur, recolitur me-  
 moria Passionis ejus:  
 mens impletur gratia:

et futuræ gloriæ nobis pi-  
gnus datur.

**V.** Panem de Cœlo præ-  
stitisti eis.

**R.** Omne delectamentū  
in se habentem.

**O**remus

**D**eus, qui nobis sub Sa-  
cramento mirabili, Pas-  
sionis tuæ memoriam re-  
liquisti, tribue quæsu-

mus; ita nos Corporis et  
Sanguinis tui sacra my-  
steria venerari, ut red-  
emptionis tuæ fructum  
in nobis jugiter sentia-  
mus. Qui vivis et regn<sup>us</sup>  
cum Deo Patre in unita-  
te Spiritus Sancti Deus  
per omnia sæcula etc.

**R.** Amen ~



**GIOVEDI SANTO** . A SERA

**A**DORAMVS te Christe et  
benedicimus tibi :

**Q**uia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. **R.** Redime nos Domine, et miserere nostri, in manus tuas Domine, commendamus spiritus nostros. **R.** Adoramus etc.

**Prior.** **D**omine Jesu Chris

te Fili Dei vivi, pone passionem, Crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animas nostras, nunc et in hora mortis nostræ et nobis largiri digneris gratiam et misericordiam; vivis et defunctis requiem et veniam; Ecclesie tue pacem et concordiam: et nobis pecca-

toribus vitam, et glori-  
am sempiternam.

*Psal.* **D**eus misereatur no-  
stri, et benedicat nobis:  
illuminet vultum suum  
super nos, et misereatur  
nostri.

*R.* **U**t cognoscamus in  
terra viam tuam: in om-  
nibus gentibus salutare tu<sup>um</sup>

*Prior* **C**onfiteantur tibi po-

populi Deus : confiteantur  
tibi. populi omnes.

**R.** Latentur et exultent  
gentes; quoniam iudicas  
populos in æquitate, et  
gentes in terra dirigis.

**Prior.** Confiteantur tibi popu-  
li Deus, confiteantur ti-  
bi populi omnes: terra  
dedit fructum suum.

**R.** Benedicat nos Deus

Deus noster, benedicat nos  
Deus: et metuant eum  
omnes fines terræ.

Prior

~~Oramus~~

**O**mnipotens et mitissi-  
me Deus, qui sitiēti po-  
pulo fontem viventis a-  
quæ de petra produxi-  
sti; educ de cordis no-  
stri duritia lacrimas  
compunctionis, ut pec-

cata nostra plangere va-  
leamus, remissionemque  
eorum, te miserante,  
mereamur accipere.



ASSIO DOMINI NOS-

TRI JESU C<sup>o</sup> SIT SEM

PER IN CORDIBVS NOSTRIS



ECORDEMINI fratres ca-  
rissimi, quod Do-

minus noster Jesus Ch-  
ristus, fuit pro nobis  
venditus, osculo tradi-  
tus. Ad Annam primū<sup>m</sup>,  
deinde ad Caiphā Pon-  
tificem ductus, postremo  
in prætōrium Pilāti, ubi  
fuit ad columnam ligā-  
tus, et flagellatus. Spi-  
nea corōna coronatus,  
veste purpūrea circū-

datus; a lapis percussus,  
atque consputus. **E**t Ju-  
dæis traditus; ut crucifi-  
geretur; et ad Calvarii  
locum deductus; et cru-  
cifixus. **E**t cum eo cru-  
cifixi sunt latrones duo;  
o; unus a dextris, et al-  
ter a sinistris; et cum  
dixisset Sitio; porrexe-  
runt ei acetum cum

felle mixtum. **Q**uod cū  
àceperisset dixit. **CON-**  
**SUMMATVM EST.** Et  
inclinato cāpite **EMISIT**  
**SPIRITVM.** Deinde u-  
nus militum lancea  
latus ejus aperuit, et  
continuo exiuit San-  
guis et àqua. **E**t de  
Crūce depōsitus, fuit  
in monumento novo

sepultus. **T**ertia vero  
die surrexit a mortu-  
is. **T**u autem Domine  
miserere nobis.

*Prior.* **V.** Jesu Christe Fili Dei  
vivi miserere nobis.

**R.** Jesu Christe etc.

*P.* **V.** Exurge Christe adju-  
va nos

**R.** Et libera nos prop-  
ter nomen tuum.

**R.** **C**hristus factus est  
pro nobis obediens  
usque ad mortem.

**R.** **M**ortem autem Crucis

**O**remus

*Prior*

**R**espice, quæsumus Do-  
mine, super hanc fami-  
liam tuam, pro qua Do-  
minus noster Jesus  
Christus, non dubita-  
vit manibus tradi no-

centium, et Crucis subi  
re tormentum.

Diremo „cinque **P**ater  
noster e cinque **A**ve **M**„

in memoria delle cinque Pia  
ghe di nostro **S**ignor **G**esu **C**.<sup>sto</sup>

**C**rocefisso, che si degni perdo  
nare i nostri peccati... **P**ater noster etc.

**Pr. V** **D**omine, non secun  
dum peccata nostra  
facias nobis.

**R.** **N**eque secundum ini-  
quitates nostra retribu-  
as nobis.

**Pr.** **P**arce Domine, par-  
ce populo tuo; ut di-  
gnis castigationibus fla-  
gellatus, in tua con-  
solatione respiret.

**P**ater noster!

„**C**iasche duno percuotendo-  
si il petto, dimandi a Dio per-

clono de' suoi peccati: ed in se-  
gno di umilta' baci la terra.,

**V. Servite Domino in timore**

**R. Et exultate ei cum tremore**

**P. V. A**prehendite disci-  
plinam, ne quando i-  
rascatur Dominus

**R. Et pereatis de via justa**

**Miserere mei Deus**

*Si cantera' in Tomo di Passione*



PREGHIERE

alle **CHIESE** campestri  
nelle **PROCESSIONI**, che  
si fanno nelle tre **Do-**  
**MENICHE** dopo l'**O**TTA  
VA di **PASQUA**

**CHIESA**

**DELLA MADONNA DEL POGGIO**

**T**inno **A**ve maris stella

**Ant.** **N**ativitas tua Dei  
Genitrix Virgo, gaudi-

um annuntiavit univer-  
so mundo, ex te enim or-  
tus est sol justitiæ Chri-  
stus Deus noster, qui sol-  
vens maledictionem, de-  
dit benedictionem, et  
confundens mortem,  
donavit nobis vitam  
sempiternam Alleluja

**v.** Nativitas recolitur  
Sanctæ M<sup>ria</sup> Virginis Alle<sup>ja</sup>

**R** Cujus vita inclęta  
cunctas illustrat Ec-  
clesias Alleluja.

**O**remus

**T**amulis tuis, quęsum-  
us Domine, cęlestis  
gratię munus imper-  
fire; ut quibus Beatę  
Virgĳnis partus extitit  
salutis exordium, Na-  
tivitatis ejus votiva

commemoratio pacis tri-  
buat incrementum. Per  
Dominum etc. **R. Amen**

**D**iremo cinque **P**ater no-  
ster e cinque **A**ve **M**ar.  
pregando il **S**ignore **I**ddio,  
che estirpi ogni eresia; ac-  
cresca ed esalti la sua santa  
**F**ede; che conservi in pa-  
ce i **P**rincipi cristiani; che  
ci conservi i frutti della

terra, e che difenda e guardi  
il popolo da carestia, peste,  
e guerra., *Pater noster etc.*

*R.* **E**t ne nos inducas *etc.*

*R.* **S**ed libera nos *etc.*

*R.* **D**omine non sec-  
undum peccata no-  
stra facias nobis.

*R.* **N**eque secundum  
iniquitates nostras  
retribuas nobis.

**R.** Mitte nobis Domine  
auxilium de sancto.

**R.** Et de Sion tuere nos

**R.** Fiat pax in virtute tua

**R.** Et abundantia in tur-  
ribus tuis.

**R.** Ostende nobis Domi-  
ne misericordia<sup>m</sup> tuam

**R.** Et salutare tuū<sup>m</sup> da nob<sup>is</sup>

**R.** Dominus dabit be-  
nignitatem.

**R.** Et terra nostra dabit  
fructum suum.

**P.** Ora pro nobis san-  
cta Dei Genitrix

**R.** Ut digni efficiamur <sup>etc.</sup>

**P.** Domine exaudi <sup>etc.</sup>

**R.** Et clamor meus <sup>etc.</sup>

**O**remus

**C**oncede nos famu-  
los tuos, quæsumus  
Domine Deus, per-

petua mentis et corpo-  
ris sanitate gaudere  
et gloriosa beatæ Mari-  
ser Virginis interces-  
sione, a præsentî libe-  
rari tristitia, et æter-  
na perfrui lætitia. Per  
Christum Dominu<sup>m</sup>  
nostrum. **R. Amen**



**CHIESA  
DI S. ROCCO**

**I**nno **I**ste Confessor

**Ant.<sup>2</sup>** **H**ic vir despici-  
ciens mundum et  
terrena triumphans  
divitias cælo condi-  
dit ore manu. **Allel.<sup>a</sup>**

**v.** **J**ustum deduxit  
Dominus etc. **Alleluja**

**R.** **E**t ostendit illi etc. **Al.<sup>a</sup>**

# Oremus

**A**desto Domine supplicationibus nostris, quas in beati **Rochi** Confessoris tui commemoratione deferimus: ut qui nostrae justitiae fiduciam non habemus, ejus qui tibi placuit precibus adjuvemur. Per Domi-

num nostrum etc  *Preci come a* Pag. 25.

# PREGHIERE

PER ALCUNE FESTE DELL' ANNO

S. GIUSEPPE DOM. 3. d. Pasqua

*A* doramus... etc. *come a Pag. 1.*

Capitolo

**B**enedictiones Patris  
tui confortatæ sunt be-  
nedictionibus patrū<sup>m</sup>  
ejus, donec veniret  
desiderium collium  
æternorum; fiant in  
capite Joseph, et in

vertice Nazaræi inter  
fratres suos. **R.** Deo gratias.

**I**nno **T**e **J**oseph

**Ant.** **F**ili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes, quærebamus te Alleluja.

**v.** **S**ub umbra illius; quem desideraveram sedi Al<sup>ia</sup>

**R.** **E**t fructus ejus, dulcis gutturi meo Alleluj.

**O**remus

**D**eus, qui ineffabili  
providentia, beatum **J**o-  
seph Sanctissimæ Geni-  
tricis tuæ Sponsum e-  
ligere dignatus es; præ-  
sta quæsumus, ut que<sup>m</sup>  
Protectorem veneramur  
in terris, intercessorem  
habere mereamur in  
Cœlis. **Q**ui vivis etc. **R** **A**men

# INVENZIONE DI S. CROCE

Adoramus... etc

*come a Pag: 1.*

Capitolo

**F**ratres: hoc enim sentite  
in vobis, quod et in Chri-  
sto Jesu, qui cum in for-  
ma Dei esset, non rapi-  
nam arbitratus est, es-  
se se æqualem Deo:  
sed semetipsum exin-  
anivit formam servi  
accipiens, in similitu-

dinem hominum factus,  
et habitu inventus ut  
homo. **R.** Deo gratias.

**I**nno **V**exilla *Tono Paschali*

**Ant.<sup>a</sup>** **C**rucem sanctam  
subiit, qui Infernum  
confregit, accinctus est  
potentia, surrexit die  
tertia Alleluja.

**v.** **H**oc signum Crucis  
erit in Cœlo Alleluja

**R.** Cum Dominus ad ju-  
dicandum venerit Allel<sup>ia</sup>

**O**remus

**D**eus, qui in præclara  
salutiferæ Crucis Inven-  
tione, passionis tuæ mi-  
racula suscitasti, conce-  
de, ut vitalis ligni pretio,  
æternæ vitæ suffragia  
consequamur. **Qui**  
**VIVIS** etc. **R. Amen.**

# S. BRUNO

**A**doramus...etc.

*come a Pag. 1.*

**Capitolo**

**E**cce sacerdos magnus  
qui in diebus suis pla-  
cuit Deo, et inventus  
est justus, et in tempo-  
re iracundiæ, factus est  
reconciliatio.

**R.** Deo gratias

**Inno** Iste **C**onfessor

**Ant.<sup>a</sup>** **O** Doctor optime

Ecclesie sancte lumen  
Beate **BRVNO** divinae le-  
gis amator, deprecare  
pro nobis Filium Dei.

**V.** Justum deduxit etc.

**R.** Et ostendit illi regn<sup>um</sup> DEI

**O**remus

**D**eus, qui populo tuo  
aeternae salutis Beatu<sup>m</sup>

**BRVNONEM** ministrum  
tribuisti, praesta: quæsu-

mus, ut quem Doctorem  
vitæ habuimus in ter-  
ris, intercessorem ha-  
bere mereamur in Cœ-  
lis. Per Dominum etc. **R. Amen**

**ASSUNZIONE DI M.V.**

**A**doramus... etc

*come a Pag. 1.*

**Capitolo**

**I**n omnibus requiem  
quæsi, et in hæreditate  
Domini morabor; tunc  
præcepit et dixit mihi

*Dispari*

Creator omnium: et qui  
creavit me, requievit in  
tabernaculo meo. **D**eo gratias

**I**nno **A**ve maris stella

**Ant.** **H**odie **M**aria **V**irgo

Cœlos ascendit, gaudete  
quia cum Christo re-  
gnat in æternum.

**v.** **E**xaltata est Sancta  
**D**eï Genitrix.

**R.** **S**uper choros Angelo-

rum ad coelestia regna.

**O**remus

**F**amulorum tuorum  
quæsumus Domine deli-  
ctis ignosce; ut qui tibi  
placere de actibus nostris  
non valemus, Genitricis  
Filii tui Domini nostri  
intercessione salvemur.  
Per eundem Dominu<sup>m</sup>  
nostrum etc.

**E SALTAZIONE DI S. CROCE**

**A**doramus etc.

*come a Pag. 1.*

**Capitolo, e Anno**

*come nel di dell' INVENZIONE P. 35.*

**Ant.<sup>a</sup> O** **C**ruce benedicta,  
quæ sola fuisti digna  
portare Regem Cælo-  
rum et Dominum **Allel.**

**V.** **H**oc signum etc.

*al giorno  
dell' INVENZ.  
ma senza  
ALLELUIA..*

**R.** **C**um Dominus etc.

**O**remus

**D**eus, qui nos hodi-  
erna die exaltationis

sanctæ Crucis, annua so-  
lemnitate lætificas: præ-  
ta quæsumus, ut cujus  
mysterium in terra co-  
gnovimus, ejus <sup>de</sup> remptio-  
nis præmia in Cœlo me-  
reamur. Per eūdem etc.

**SOLENNITA' DEL SS. ROSARIO. M.V.**

**A**doramus ... etc.

*come a Page 1.*

**Capitolo**

**A**b initio, et ante sæ-  
cula creata sum, et usque

ad futurum sæculum non  
desinam .et in habitati-  
one sancta coram ipso  
ministravi .**R.** Deo gratias

**Inno** **A**ve maris stella

**Ant.<sup>a</sup>** **B**eatam me dicent  
omnes generationes,  
quia ancillam humilem  
respexit Deus.

**v.** **D**ignare me laudare te etc

**R.** **D**a mihi virtutem etc

**O**remus

**D**eus, cuius Unigeni-  
tus, per vitam, mortem,  
et resurrectionem suam  
nobis salutis æternæ  
præmia comparavit; con-  
cede quæsumus, ut hæc  
mysteria sanctissimo  
Beatæ Mariæ Virginis

**R**OSARIO recolentes, et  
imitemur quod conti-

nent, et quod promittunt  
assequamur. Per eum-  
dem Dominum etc.

**S. PERPETUO**

Adoramus...etc

*come a Pag. 1.*

Capitolo, e. Inno

*come nel di della F. di S. Bruno P. 38.*

**Ant.<sup>a</sup>** Amavit eum Domi-  
nus et ornavit eum, sto-  
lam gloriæ induit eum  
et ad portas Paradisi  
coronavit eum.

**v.** Justum deduxit Do-

minus per vias rectas

**R.** Et ostendit illi regnum dei

oremus proprio **O** remus pag 55

**D**a quaesumus omnipotens Deus, ut Beati Perpetui Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem. Per Dominum nostrum etc. **R.** Amen.

## S. SEBASTIANO

Adoramus... etc

*come a Pag. 1.*

Capitolo

**B**eatus vir, qui suffert  
tentationem; quoniam  
cum probatus fuerit, ac  
cipiet coronam vitæ, qua  
repromisit Deus diligen-  
tibus se. **R.** Deo Gratias

**I**nno **D**eus tuorum militu<sup>m</sup>

**Ant.<sup>2</sup>** **Q**ui vult venire  
post me, abneget se-

me ipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me

**V. Justus, ut palma florebit**

**R. Sicut cedrus libani multiplicabitur.**

**O**remus

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui beati **Sebastiani** martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in

tui nominis amore robo-  
remur. Per Dominum no-  
strum etc. **R. Amen.**

*iesu Christo filio in tuo qui viset et regit  
con deo padre in unitate spū  
2 in personis in rebus*

Preghiera per un Confratello  
Infermo

Fratelli in Cristo Gesu dilettissimi

reciteremo devotamente tre pater noster  
e tre ave maria pregando la VerGINE  
Santissima che interceda presso al suo  
divin figliuolo la salute corporeale  
di un Confratello infermo se è spedito  
alla salute dell'anima sua che si  
racomanda alle nostre preghiere  
Si dice i tre pater e ave

V. Super eos manus impone  
R. Et bene habe  
V. Ostende nobis Domine misericordiam <sup>tuam</sup>  
R. et salutare tuum da nobis  
V. Domine exaudi orationem meam  
R. Et clamor meus ad te veniat

## Oremus

Omnipotens Sempiternus Deus  
 salus eterna credentium exaudi nos  
 pro famulo tuo infirmo pro  
 quo misericordie tue imploramus  
 auxilium, ut redita sibi sanitate  
 gratiarum tibi in ecclesia tua  
 referant actiones.

per Christum Dominum  
 nostrum. Amen

Divinum auxilium

manet Semper nobiscum.

Robotti Giuseppe spale carriu di S. Michele quarta  
 aggiuntà scritta alli 13. maggio a sera l'anno 1886.

## INDICE

	Pagin.	I.
Adorazione al S. <sup>ma</sup> Sacramento		1.
Giovedì Santo a Sera		8.
Pregchiere alle Chiese lampustri		22.
„ Madonna del Poggio		22.
„ S. <sup>o</sup> Vito		30.
Pregchiere per alcune Feste dell'anno		32.
„ S. <sup>o</sup> Giuseppe „ Patrocinio „ Dom. III. dopo Pasqua		32.
„ Invenzione della S. <sup>ma</sup> Croce		35.
„ S. <sup>o</sup> Bruno S. <sup>o</sup> e D. <sup>o</sup>		38.
„ Assunzione di Maria Vergine		40.
„ Esaltazione della S. <sup>ma</sup> Croce		43.
„ Solennità del S. <sup>mo</sup> Rosario di S. <sup>o</sup> J.		46.
„ S. <sup>o</sup> Perpetuo S. <sup>o</sup> e C. <sup>o</sup>		47.
„ S. <sup>o</sup> Sebastiano Martire		49.

Officium - Adoratio a S. Perpetuo  
Oremus

sempiterne Deus qui Beatum  
Iosaphat Antistitem populo tuo præ  
sulis præerat verbo et exemplo  
desse voluisti: eodem intercedente  
pastores Ecclesiæ tuæ cum gregibus  
tibi commissis dirige in viam salutis  
æternæ; ut omnes, te donante, tibi pl  
quita cupiant et tota virtute perficiant  
Per Dominum..... ecc̃

1<sup>o</sup> Omnipotens

2<sup>o</sup> Perpetuo

et quibus:

processe

pentorez.

